

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Nuclei evangelici pars festivalis**

**Trautmann, Samuel**

**Wittebergae, 1664**

Primum oraculum sacrum

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)



בשם יהוה

IN DIEB. ANDREÆ APOSTOLI.

Ex Matth. IV, 18. & 19.

**C**hriste, vocas fidos imâ de plebe mini-  
stros,  
Atq̄, moves verbò pectora abena-  
tuò!

PRIMUM ORACULUM  
SACRUM.

1. Cor. I, 26. & 27.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

**Β**λέπετε τὴν κλησιν ὑμῶν ἀδελφοὶ, ὅτι  
οἱ πολλοὶ σοφοὶ καὶ σάφεια, ἔ πολλοὶ δυ-  
νατοὶ, ἔ πολλοὶ εὐγενεῖς, ἀλλὰ τὰ μω-  
ρα τὸ κόσμος ἐξελέξατο ὁ θεός, ἵνα  
τὸς σοφῶς καταχύνη, καὶ τὰ ἀδυνάτη τὸ κόσ-  
μος ἐξελέξατο ὁ θεός, ἵνα καταχύνη ἡ ἰσχυ-  
ρά.

C

Versio

IN DIE BEATI

*Versio vulgata.*

Videte vocationem vestram, fratres,  
quia non multi sapientes secundum car-  
nem, non multi potentes, non multi no-  
biles, sed quæ stulta sunt mundi, elegit  
DEUS, ut confundat sapientes, & infir-  
ma mundi elegit DEUS, ut confundat  
fortia.

*Versio B. LUTHERI.*

Sehet an/ lieben Brüder / euren  
Beruff / nicht viel Weisen nach dem  
Fleisch / nicht viel Gewaltige / nicht viel  
Edle seynd beruffen / sondern was thö-  
richt ist vor der Welt / das hat Gott  
erwehlet / daß er die Weisen zuschanden  
machtet. Und was schwach ist vor der  
Welt / daß hat Gott erwehlet / das Er  
zuschanden macht was stark ist.

N O T A.

1. Quamvis heic Apostolus *πρώτος* agat  
de segregatione certorum mediorem & mi-  
nistrorum ad prædicationem Evangelii, ad  
quam non doctos hujus seculi, sed stultos &  
idiotas gravibus de causis separare & destinare  
voluit

2

S

C

Q

Su

EC

H

ANDREÆ APOSTOLI.

voluit Dominus, nihil tamen obstat quò minus etiam hic locus *θεωπέρας* & consequenter de prædestinatione ad vitam æternam possit exponi. Nam in æterna sua prædestinatione hæc omnia ita facere decrevit DEUS, ubi etiam non potentes, sed spiritu pauperes & credulos elegit.

2. Apostolus quando h. l. dicit: *Videte, fratres, vocationem vestram*, intelligit vocationem DEI cum effectu salutari h. e. cum obedientia hominum conjunctam. Interim hæc obedientia non est tribuenda viribus humanis, tam etsi externa Pædagogia ab hominibus præretur, *contra Pelagianos*.

3. Apostolus heic dicit, non multos sapientes esse vocatos. E. homo propriâ suâ sapientiâ non potest salvari, *contra eosdem*.

4. Quod autem non multi sapientes eliguntur, causa non est DEUS, quasi salutem eis invidet, sed, quia illi propriam suam sapientiam stabilire cupientes sapientiâ DEI pro stultitia habent, seq; revelatæ DEI sapientiæ submittere detrectant, *contra absoluti decreti architectos*.

5. Erasmus & alii τὸ *βλέπετε* exponunt *επιστηνως videtis*, fratres, vocationem vestram. Ben. Arias Montanus & Vulgatus interpres, quem D. Andr. Osiander, B. Lutherus & alii sequuntur,

IN DIE BEATI

tur, vertunt *προσκλητικῶς*, *Videte*, fratres, vocationem vestram. Quamvis autem prior sententia plus habeat ponderis, tamen nec posterior omnino est repudienda. Vult enim secundum hanc posteriorem sententiam Apostolus, ut fratres diligenter perpendant vocationem suam ad prædicationem Evangelii, eademq; sese contra omnes imminentes adversitatum & persequutionum procellas erigant & sustentent. Nec obstat huic posteriori sententiæ particula *ἄρα*. Hæc enim per conclusivam *ἔν* potest exponi. Vide locum parallelum 1. Cor. XI, 26. & hæc nota contra Anabaptistas, Socinianos, Weigelianos & Arminianos, qui castrum legitime vocationis ad ministerium Ecclesiasticum temerè oppugnant, quorum aciem produxi in Epistola Dedicatoria, præfixâ literis Jeremiæ Vocatoriis, quam, si volupe est, vide.

6. Vocatio & electio h. l. ut & Matth. XXII, 14. II. Petr. I, 10. & II. non confunduntur, sed distincta manent contra Socinianos, existimantes, vocationem & electionem eadem significata in scripturis habere. Vide Catechism. Phosinianum p. 261.

7. DEUS non multos sapientes secundum carnem, non multos potentes, non multos nobiles, sed quæ stulta sunt mundi, elegit. E. Apostoli

ANDREÆ APOSTOLI.

postoli non propter singularia merita, nec propter naturalem quandam *inavertentia* sunt vocati, *contra Pontificios*, à quibus tamen hac in parte rectè discedit Benedictus Justinianus in Tractat. de Apostolatu cap. II. ita scribens. *Ego ne id quidem probo. Quam enim aptitudinem à natura habebant Moses, Esaias, Jeremias? Ubi & locum præsentem pro stabilenda sua sententia rectè adducit. Sed audiamus nunc*

RATIONES PATRUM

*Quare Christus Piscatores & plebejos ad Apostolatum vocavit & humiles elegerit.*

Volens DEUS superborum cervices frangere, non quæsit per oratorem, piscatorem, sed de piscatore lucratus est imperatorem. Nullus nobilis primò electus est, nullus doctus, quia infirma mundi elegit DEUS, ut confunderet fortia; *Augustinus tract. 7. in Job. T. 9. col. 69. A.*

Christus JESUS Petrum & Andréam & alios, per quos operatus est salutem in medio terræ, non de foro Justiniani, sed de simplicitate piscatoria legitur, adsumsisse. Inflat enim sapientia hujus mundi & legum ventosa loquacitas. Elegit non Reges, non Senatores, non Philosophos, sed plebejos, pauperes, indoctos

IN DIE BEATI

piscatores, ineruditos literalibus disciplinis, non peritos Grammatica, non armatos Dialecticâ, non Rhetoriâ inflatos, piscatores Christus cum retibus fidei paucissimos misit, atq; ita ex omni genere tam multos pisces, & tam multo mirabiliores, quanto rariore etiam ipsos philosophos cepit, *Idem serm. de Apost.*

Elegit Christus discipulos humiliter natos, inhonoratos, illiteratos, ut quicquid magnum essent & facerent, ipse in eis esset & faceret, *Idem lib. XVIII. de C. D. c. 49. Tom. 5. col. 221. B.*

Quum audis, Elegit, non sic intelliges, quasi opera pretium duxerit, aut contenderit contemptos eligere ac celebres coram mundo depellere vel rejicere. Verum quia quum celebres & insignes viri propria sapientia intumescerent, eamq; ob rem Evangelii verbum non susciperent, à fastu & arrogantia alieni ad hujus susceptionem magis sunt visi idonei DEO, *Theophylactus in 1. Cor. I.*

Quæ stulta sunt mundi, i. e. ignaros homines mundanae sapientia, elegit DEUS, ut per eorum doctrinam confundat i. e. erubescere faciat, & ad insipientiam redigat sapientes seculi. Confundantur enim sapientes dum ea, quæ ipsi negant, vident multos confiteri, i. e. partum virginis, & crucem filii DEI, & resurrectionem

ANDREÆ APOSTOLI.

nem à mortuis, cæteraqve similia, *Anselmus*  
*in 1. Cor. 1.*

Infirma mundi i. e. pauperes & impoten-  
 tes DEUS elegit, ut per eorum virtutem con-  
 fundat fortia i. e. superet & erubescere faciat  
 potentes. Nam dum elati divites novas virtu-  
 tes in humilibus pectoribus adspicerent eorum,  
 quorum prius contemnebant vitam, postmo-  
 dum obstupere miraculis. Unde mox pavidi  
 ad sua corda redeuntes, extimuerunt sanctita-  
 tem in miraculis, quam desperant in præce-  
 ptis. Per infirma ergo confusa sunt fortia,  
 quia dum in veneratione vita surgit humilium,  
 elatio recidit superborum, *Idem ibid.*

Adverte cœleste consilium, non sapien-  
 tes aliquos, non divites, non nobiles, sed pesca-  
 tores & publicanos, quos dirigeret, elegit, ne  
 traduxisset prudentiâ, ne redemisset divitiis, ne  
 potentia nobilitatisq; autoritate traxisset ali-  
 quos ad suam gratiam, videretur, ut veritatis  
 ratio, non disputationis gratia, prævaleret, *Ambrosius*  
*in cap. 6. Luc. T. 4. p. 654. C.*

Piscatores illiterati mittuntur ad prædi-  
 candum, ut fides credentium non virtute hu-  
 manâ, sed eloquentia & doctrinâ DEI fieri pu-  
 taretur. *Hieronymus in cap. 4. Matth. Tom. 9.*  
*p. 17. C.*



IN DIE BEATI

Wer ist doch wol der Herr der arme Fischer  
sendet/  
Und sich mit seinen Worte zu allen Völkern  
wendet?  
Es ist der Seelen- Hirt der durch der  
Predigt Schall  
Mein Felsen- hartes Herz zerschmet-  
tert überall.

E. v. 20. & 22.

*Dum me, Christe, vocas, sequar, omnia, sponte  
relinquens,*

*Tu mihi pro fluidis non peritura dabis.*

ORACULUM SACRUM

Idum.

Luc. XIV, 26.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Ἐι τις ἔρχεται πρὸς με, καὶ ἂ μισῆ τὸν  
πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα, καὶ τὴν γυναῖκα,  
καὶ τὰ τέκνα, καὶ τοὺς ἀδελφούς, καὶ τοὺς ἀδελ-  
φάς, ἐπὶ δε καὶ τὴν αὐτοῦ ψυχὴν, ἂ δύναται με  
μαθητὴς εἶναι.

*Versio vulgata.*

Si quis venit ad me, & non odit pa-  
trem suum, & matrem, & uxorem, & filios,  
& fra